



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Vita B. Francisci Xaverii**

**Torsellini, Orazio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

V. Studium orationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42323**

ne: sudandi autem initium feria itē sexta fecisse. Quod homines sic sunt interpretati, perinde quasi Francisci (*qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore portauerat*) mortem post maximos ac diutinos labores Christi causa exsudatos portenderet.

## CAPVT V.

*Studium orationis.*

**R**ES admirabiles, quæ (vti demonstrauimus) partim diuina vi patratae sunt à Xauerio, partim ei diuinitus contigere, testimonia quædam fuerunt atq; indicia eximiarum virtutum atque donorum, quæ in eius animum diuina bonitas plenâ (vt dicitur) congefserat manu. Neque enim miraculis quàm cœlestibus virtutibus insignior fuit. Ex quo numero aliquot à nobis (quæ etsi sedulò ab illo occultatae, tamen sua sponte foras eminebant) in vulgus edentur. Eoque libentius hæc quàm superiora persequar, quòd sanctimonix sint non indicia solum, sed etiam exempla: quippe cum illa in admirationem tantum, hæc etiam in imitationem cadant. Atque vt ab ea virtute initium capiamus, quæ caput est ac fons aliarum; orationis, contemplationis, meditationisque studium in illo exi-

Y s mium



mium extitit. Etsi enim mentem in Dei diuinarumque rerū cognitione defixam perpetuò habebat; statim tamen ac certum quotidie seponebat tempus, quod ereptum negotijs, tribueret meditationi rerum caelestium. Maximè verò in Christi vitæ mortisque meditatione acquiescebat: satis gnarus ibi eximia omnis exempli documenta in illustri posita monumento intueri atque imitari licere. Hoc meditationis genus maximè salubre ac frugiferum ( præcipuum vtique exemplar Christianæ vitæ, & ingens inuicementum diuinæ caritatis ) impensè & complectebatur ipse, & alijs commendabat. Quo in negotio haud maiore mentis ardore versabatur, quàm animi constantiâ. Id adeò non aliàs magis intellectum est, quàm cum daret operam valedudinarijs. Etenim cum assiduæ occupationes nullam ei diurni temporis partem ad orandum vacuam relinquerent; orationis magis, quàm somni memor, nocturnæ corporis quieti detrahebat horas semper aliquot, ne animus cœlesti illa optatissimaque fraudaretur requie pabuloque; adeò eius mentem diuini dulcedo colloquij ceperat. Binas fermè, cum plurimum ternas somno horas tribuebat, sed ita, vt ne somnus quidem vacaret oratio.

*Nocturna  
oratio.*



ratione. Sæpius enim per somnum emittebat eiusmodi voces: O I E S V bone, ô Creator mi; aliasque consimiles: orare illum, non dormire crederes. Constat orandi morem ab eo ne in summis quidem Comorini Promontorij occupationibus intermissum: quippe cum meditando occupationem præcipuam duceret. Meliaporæ quoque ad ædem S. Thomæ cum diuersaretur (vt supra docuimus) de nocte surgens itabat in templū, nec ullis aut hominum sermonibus, aut plagis, ac turbis Dæmonū, à diuinis colloquijs deterreri potuit. Sæpe etiam ibidem totas penè noctes extraxit precibus. Malacæ verò cum in cubiculo è storeis habitaret, quidam, sanctitatis eius opinione suadente, ex insidijs per storearum rimas (vt ipsi postea narrarunt) quid tandem rerum noctu Franciscus ageret, obseruarunt sæpius: ac semper eū viderunt, cum nixis genibus ante Christi crucifixi imaginē iam ad multam orasset noctem, vegeto tamē animo ac corpore perseuerare, donec, ingruente somno naturæ necessitati paulisper cedens, humi procūberet. Inde in saxū instar cervicalis recumbentem fracto diurno nocturnoq; labore membra reficere parumper: sentires illū somno vti pro medicamento, & in quiete



*Quoties  
copia e-  
rat, ora-  
bat in tē-  
plo.*

capienda nihil minùs amare quàm quietem. Cæterùm haud dubius quin Deus in sacris locis, vbi sanctiùs colitur, benignius audiret orantes; quotiescunq; copia erat, haud paulò libentius in sacris orabat ædibus. Itaq; vbi cunq; res ferret, cubiculum sibi quærebat proximū templo, eò se de nocte clam supplicandi causa recepturus. Obseruatum est Malacæ à socijs, eum ferè in sacrario, quasi alterum Samuelem, humi cubitare solitum: in tempesta inde nocte in templum obrepere, & ante aram maximã, sacrosanctamq; Eucharistiam, submissis genibus orare: cruribus autẽ defatigatis, super aræ gradus proiectum, aut manibus innixū, perseuerare in negotio, donec aut somni necessitas, aut auroræ lux superueniret. Quòd si facultas tēpli deesset, non tamen studium deerat orandi. Sacerdos quidam Xauerij hospes narrabat, sæpe illū ab se repertū domi suæ, multa iam nocte supplicantem, & (siue quòd aptior locus nõ esset, siue quòd fractis iã genibus nitri vltra nequiret) sediculæ subnixū precibus insistentem. Malacensium porrò nõnulli ciues honesti commemorarunt, Franciscū sæpenumero cū ipsis summa affabilitate sermonis versantem, sensim se clam omnibus subduxisse de circulo; inde cum

ab



ab eis diu multumque requisitus foret, in  
 sylua aliqua aut solitudine suppliciter o-  
 rantem, aut corpus suum verberantem, *In solitudi-*  
 esse deprehensum: ita ne molesti interpel- *nem sece-*  
 latorum interuenirent, re penitus dissimu- *dit orando*  
 lata, relictum. Nec terra quam mari con- *gratia.*  
 stantior Xauerij pietas in orando fuit. E-  
 ius rei indicia ita multa enituerunt in e-  
 ius nauigationibus à nobis expositis, vt  
 exemplorum conquirendorum labor nõ  
 superuacaneus tantum futurus sit, sed et-  
 iam molestus. Quippe in dissimillimis  
 etiam locis ac negotiis semper sui simi-  
 lis, vitam omnem vno quasi tenore tra-  
 duxit. Illud tamen, quod maris pro- *Oratio in*  
 prium fuit, reticendum non est. Constat *navi.*  
 eum in naui ex media ferme nocte ad  
 lucem vsque in oratione pernoctare soli-  
 tum, & in mediis tempestatibus, summis-  
 que periculis, æquissimo animo Deum  
 orare: itaque per sæpe nautas perinde ac  
 rectores suam nauisq; salutem Francisci *Oratio ar-*  
 precib; acceptã retulisse. Erat Xauerij ora- *dens.*  
 tio ardens semper & accensa, plerumque  
 celestibus quoque gaudiis affluens. Id  
 quod plurimis ac maximis argumentis  
 declaratum est. Atque vt omnem exi-  
 tias illas in Comorinensibus & Mauri-  
 tis laboribus diuinitus haustas volupta-  
 tis, de quibus suis locis diximus; obser-  
 ua-



*Tunicam  
diducit à  
pectore vi  
orationis  
æstuante.*

*Vultus or  
dor ac spe-  
cies.*

uarunt eum sæpe Goæ Patres quidam  
intempesta nocte, fixo in cœlum oculo-  
rum obrutu, in hortis domesticis inam-  
bulantem, totumque ex Dei cogitatione  
atque amore pendentem: vt non ambi-  
geres eius animum à sensibus abstractum  
eminere foras. Inde ad se cum redisset,  
tunicâ de more ab æstuanti pectore ma-  
nibus diductâ, hanc identidem vocem  
iterantem exaudierunt, SAT EST Do-  
mine, sat est; eo vocis sono, qui facile o-  
stenderet tantam vim esse superfundentis  
se lætitiæ cœlestis, quantam capere vix  
posset mortalitas. Goæ quoque in cœtu  
Patrum comiter agentem sæpe immensa  
quædam animi lætitia subterfugere ho-  
minum cogebat oculos: quod tantum  
gaudiorum dissimulare haudquaquam  
valeret. Quâquam in negotiis etiam hu-  
manis ita diuina quædam in eo eluce-  
bat species, vt qui cum illo versabatur, ve-  
neratione capti, oculos vultumque, quasi  
alterius Moïsis, nequirent aduersum in-  
tueri. Deniq; in Meacensi itinere sanè a-  
spero impeditoque (vti antea diximus)  
cum iucundissimè diuina meditans ani-  
mum in Deo defixum abduxisset à cor-  
pore, crura ac pedes stirpibus lapidibusque  
offensans, sine villo lacerabat sensu: tan-  
tisq; incedebat lætiis, vt beatorum gau-  
dia



dia præcipere, non solùm vitam medita-  
 ti, videretur. Et sanè mirabile est, tantam  
 in illo contemplationis cum actione cõ-  
 iunctionem esse potuisse. Quippe fidem  
 excedit, quod de illo accepimus, hominẽ  
 ingentibus negotiis, quotidianis itineri-  
 bus, difficillimis navigationib<sup>9</sup> perpetuò  
 implicatum, eundemq; in vitæ consuetu-  
 dinem comem ac iucundum, tam eximio  
 diuinæ contemplationis dono fuisse præ-  
 ditum, tanto Sancti Spiritus cælestisque  
 fluminis impetu lætificatum. Verùm e-  
 nimvero diuinus ille vir, vbicunq; esset,  
 quicquid ageret, secum semper & cum  
 Deo habitabat. Itaque ex ipsis negotiis,  
 ceterumq; hominum, vsque eò vegeta &  
 erecta eius mens veniebat ad meditan-  
 dum, vt statim in iucundissimam cælestis  
 sponsi consuetudinem penitus sese daret,  
 immergeretq; . Crederes cum in sum-  
 ma solitudine vitam degere: adeò in ma-  
 ximis etiam negotiis & congressibus ho-  
 minum fixum ac locatum animum ha-  
 bebat in Deo. Haud multo minor in ora-  
 tione vocali, quæ dieit, psalmisq; & hy-  
 mnis recitandis, vel pietatis sensus, vel se-  
 dulitas in illo fuit. Antiquissimum quip-  
 re habebat, diuinũ officium, horasq; ca-  
 nonicas, diligenter simul ac piè recitare.  
 Igitur Ecclesiasticũ audiens monen-  
 tem,

*Summa  
 actionis cõ  
 contempla  
 tione con-  
 iunctio.*

*Officium  
 diuinum  
 recitat  
 summa  
 prepara-  
 tione &  
 intentione  
 animi.*



tem, *Ante orationeas prepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum*, interiore cura comparabat sese. Namque ad mentis attentionem ac pietatem vehementiùs accendendam, hymno, *Veni creator*, ante singlas horas pronunciato, haud segniter Sancti Spiritus exposcebat opem. Quem quidem ille hymnũ tanto semper pronunciabat ardore, vt ei cor è pectore exilire, animusque deficere videretur. Et satis constat, per sæpe cum hominum interuentu alloquioque, vt fit, interpellatum, eundem illum à principio iterasse hymnum tam intento animo, quam si nemo interuenisset. Insignem verò eius in hoc genere religionem fecit illorum licentia temporum. Nuper nouum ternarum lectionum Breuiarium (sanctæ Crucis dicebatur) occupatorum hominum leuamen editum erat: eiusque vsus Francisco propter occupationes ab initio concessus. Ille tamen, quamuis ingentibus euis negotiisque distentus, nunquam permilla vti voluit licentia: vetusq; Breuiarium nouenarum lectionũ haud paulò longius perpetuò recitauit; vt, qui iucundissimè cum Deo ageret, cum eodem quàm diutissime colloqueretur. Super cætera in Sacro faciendo pietatis ardor in illo

*Breuiariũ  
logius pra-  
fert bre-  
uiori.*

*Ardor Xa-*



illo præcipuus eminebat, utique cum ad *uerij in Sa-*  
 consecrandam Eucharistiam, sumendâ- *cro facien-*  
 que, ventum erat. Tum enim, mananti- *do.*  
 bus gaudio lacrymis, ora complebat, fi-  
 numque. Tantis porrò diuinæ pietatis  
 sensus in pronuntiatione, vultu, totoque  
 corpore eminebat, ut in circumstantes  
 redundaret, eosque pia quadam admira-  
 tione defigeret, rerum omnium oblitos.  
 Nec defuerunt, qui confirmarent, eum,  
 dum rem diuinam facere sublatum pau-  
 lulum à terra, sublimemque ab se visum.  
 In Missæ porrò Sacrificio conuersionem  
 ethnicorum præcipuè à Christo Domi-  
 no, per eius mortem illorum causa obi-  
 tum, enixè petere consuevit. Ad eam rem  
 quoque precessionem ab se compositam  
 frequenter adhibebat. Ea erat eiusmodi:  
 Eterne rerum omnium effector Deus, *Oratio Xa*  
 memento abs te animos infidelium pro- *uerij pro cō-*  
 creatas, easque ad imaginem & similitudi- *uersione*  
 nem tuam cōditas. Ecce, Domine, in op- *infidelium.*  
 proprium tuum his ipsis infernus imple-  
 tur. Memento I E S U M filium tuum pro  
 illorum salute atrocissimè subiisse ne-  
 cem. Noli, quaeso Domine, ultra permit-  
 tere, ut filius tuus ab infidelibus contem-  
 natur; sed precibus Sanctorum virorum,  
 & Ecclesiæ, sanctissimæ filij tui sponsæ,  
 placatus, recordare misericordiæ tuæ; &  
 obli-



, oblitus idololatriæ & infidelitatis eorum  
 ,, effice, vt ipse quoque agnoscant aliquan-  
 ,, do, quem misisti Dominum Iesum Chri-  
 ,, stum, qui est salus, vita, & resurrectio  
 ,, nostra, per quem saluati ac liberati sum<sup>9</sup>,  
 ,, cui sit gloria per infinita sæcula sæculo-

*Sub Missã oratio pro mortuis.* rum., Amen. Sub Sacrum porro, gratis Deo rite actis, solemne illi erat, certam pro mortuis recitare precationem, vt etiam eum pro viuis faceret, subleuaret animas mortuorum. Nec minùs insignis eius religio in ministrando sanctissimo Christi corpore, quàm in consecrando

*Submissis genibus Eucharistiã ministrat.* conficiendoque, fuit. Proprium Francis- ci erat, vbi commodè id fieri posset, sacrosanctam Eucharistiã submissis genibus ministrare populo. Et euentus docuit eam rem Deo cordi fuisse. Cosmus quidè Saraina, Medicus nobilis, aliique complures viri honesti & graues liquido

*Sublimis à terra diuinitus sustinetur.* affirmarunt, Xauerium in Goano templo positus genibus sacratissimum Christi corpus præbentem populo sæpe ab se esse conspectum, cum ampliùs cubito sustineretur diuina vi sublimis à terra. Sub-

*Eius pietas in S. Trinitatẽ & B. Virginem.* missionem eius efferri à Deo sentires. Egregia verò pietate in sanctissimam Trinitatem fuit, quippe solitus eam summa religione & colere, & appellare. Christum humanæ salutis auctorem vnice diligebat.



bat. B. Mariæ, Dei parenti, benigniffi-  
 mæque hominum patronæ, maximè ad-  
 dictus erat. Itaque moribundus sacro-  
 sanctæ Trinitatis, I E S V Christi, B. Ma-  
 riæ, vfu magistro, identidem exposcebat  
 opem; vt quorum cum æximia venera-  
 tione moreretur. Secundùm hos, Arch-  
 angelum Michaëlem cælestium principē,  
 ac propugnatorem Ecclesiæ, egregio co-  
 lebat studio; inde beatorum omnium ac  
 fidelium cœtum, Christique sponsam  
 Ecclesiam, cuius auxilium sæpius implo-  
 rabat. Angelum quoque custodem su-  
 um, itemque Archangelos locorum, vbi  
 versaretur, aut quò tenderet, Præsides fre-  
 quenter in suis conatibus, ærumnis, peri-  
 culis, inuocabat.

*Pietas eius  
 in Archan-  
 gelum Mi-  
 chaëlem.*

## CAPVT VI.

*Cordis mundities & castimonia.*

HANC Francisci excellentem in oran-  
 do pietatem par animi mundities a-  
 cuebat ad videndum Deum. Id adeò  
 declarat talis munditiæ index innocen-  
 tiæ vitæ, multorum eius familiarium  
 testimonio comprobata. Hi quippe pro-  
 fessi sunt, nihil se vnquam in illo depre-  
 hen-